
ORATIO




IHS

Epiſtola.

Petrus Gryphus: Nuncius apoſtolicus: Reue=
rēdo patri Dño Thome Rontal Regio Secretario
Salutem plurimam.



Xegiſti a me tantopere: vt orationē quam
habere inſtituerā coram ſereniſſimo Rege
Hērico ſeptimo: intēpeſtiua ipſius morte
præuentam/ad te mitterem. Quod feci tardius ac
cūctatius/quā vehemētiores hortatus tui depoſce=
bant. Dubitabā eni/an eſſet ſatis cōgruens: vt quæ
mors vetuerat/me publice recēſere: priuatim nunc
legēda exhiberem/ne ex editione nō recitati ſermo
nis ſpeciē ambitionis icurrerem. Accedebat etiam
quod cū in ea oratione cōmunibus potius commo
dis & effectui iniūcti mihi muneris/quam priuatæ
vel laudi/vel iactantiæ ſtuduiſſem: ſtilus tanq̄ præſ
ſus demiſſuſq; argui poſſe videbatur. Cū præcipue
gratia et calor ille quem ſumit oratio ex actione/ge
ſtu/voceq; dicētis: ſicut audiendo accenditur & ani
matur/ſic legēdo deprimat̄ et relāgueſcat: dū nullo
extrīſecus actu vel ſono/legentiū intētio excitatur.
Suſtuliſti tamen tua efflagitatione oēm exhibendi
verecundiam. Cum videam me & tua auctoritate/
et meo obſequio poſſe excuſari apud eos: qui et di=
cunt & ſcribūt accuratius. Non habitā igit̄ orōnem
ea ſimplicitate/qua incolumi Regi dicendā propo=

fueram/mitto ad te libẽtissime per Colutiũ nostrũ/ ne rege defuncto subtraham: quod eo viuo sine te/ nec afferre quidem potuissem/cum ne dum publica sed secretiora queq; tecũ deliberaret. Existimarem me homini in noui Regis negocijs occupatissimo/ pro dono fastidium adijcere/nisi scirem te ex eo nõ grauari/quod ipse quesieris. Addam igitur tibi tã-tis rerum curis implicito/et hãc honestã actionem In qua illud erit commodi/quod tibi/saltem/vnius hore iactura/et defuncti Regis dolor insanabilis & recentium occupationum labor remittetur. Vale. Londini Idibus Maij. M.D.ix.

Oratio quam erat habiturus Petrus Gryphus:
Sedis Apoſtolicę prothonotarius/ac iterū nūcius:
Ad Sereniſſimū Hēricū.vij.Anglię Regē: Ni para
tā expoſitionē immatura Regis mors preueniſſet.

SIqui ſunt fortaſſe Sereniſſime ac Inuictiſſi
me Rex/Siqui inquam fortaſſe ſūt/qui nō
ex mediocritate mea/ſed ex Maximi San-
ctiſſimiq; Pontificis/a quo venio/ſumma dignita-
te:et ex tuæ Maieſtatis ſingulari eximiaq; præſtan
tia/hunc meum ad te aduentum metiātur:expecta
re eos quidem arbitror/me primo hoc cōgreſſu ita
dicturum/vt et ſacroſanctę Pontificię auctoritati/
et regiæ tuæ Amplitudini/aliqua ſaltim ex parte/
oratio reſpondere videatur.Quorum ęgo expecta-
tionem/et fallere graue admodum puto/et explere
difficillimum.Quo enim pacto/oratione mea aſſe-
qui poſſem/vel illius diuinitatem/cui cum deo im-
mortali eſt in terris ęquata poteſtas/aut tuę Maie-
ſtatis fęlicitatē/Cuius ditione ac nutu/maria/ter-
rę/pax/atq; bella reguntur?Quo fit:vt non mihi ſo
lum/ſed nec mortalium cuipiam/digna tanto Pon
tifice/digna tanto Rege/contingere poſſit oratio:
Qn̄ nec illo ſanctior/nec te beatior nemo inueniat̄:
et illud in vtriuſq; veſtrū magnitudine nō ſit maxi-
mū/quod in orbe terrarū apparet eſſe pręcipuum.
Nulla ergo eloquentia excogitari/cōcipi aut opta-
ri poteſt/quę in tantarū rerum mole/ſatis amplam

afferat/vel sermoni gratiam/vel materiæ copiam. Accedit ad hoc quod dum splẽdorem tuæ maiestatis intueor: horreo prorsus ac stupeo/tantiꝗ numinis pręsentia adeo deterreor: vt nõ minor uis inuincenda trepidatione mihi sit adhibenda/quam in dicendo studiũ atꝗ cõsilium. Deprehendit enim me anxia quædam opinio/pręteritiꝗ pauoris memoria sollicitat. Quippequi alias in ipso dicẽdi tẽpore sensi quantũ possit obiecta tuæ maiestatis veneratio: quum in recessu meo/apud eam diuina suarum virtutũ ornamenta recẽserem. Quo demum die expertus sum coram tuæ Serenitatis cõspectu nil nisi diu tractatũ probatũꝗ ac ꝑfectũ afferri oportere. Verum quid tandem elaboratum afferam ego Rex indulgentissime? qui per ipsam rigẽtis hyemis asperitatẽ/a medijs italie recessibus/per vicina cælo alpiũ iuga/perꝗ inuia saxa/ac duriorẽ saxis niuium densitatem/peragrata gallia/peragrata germania/vltra littus occeani/vbi terris deficientibus ab orbe diuisus/alter consurgit orbis/tanto viarum discrimine properauerim. Attamen cum intelligam Rex inclyte/iure quodam pij fęnoris a me postulari/ne legationis munus et laboris officiũ/silẽtio prorsus & taciturnitate corrũpam/ad dicendum impellor. Frętus præcipue iucundissimi tui conspectus ope atꝗ præsidio. Immensa enim Clęmẽtia tua/et Beatissimi Põtificis qui me mittit/iustũ sanctũꝗ ꝓpo=

situm vocem excitant/viresq; ac verba subministra bunt. Is enim dei sapientissimus vicarius/reputans ex ijs quę a maioribus pręclare instituta sunt/nihil esse inter maximos pricipes cōmodius ad amorem atq; beniuolentiā non solum cōciliandā/verūetiam cōseruandā/quā eos quos locorū distātia/a vidēdi et alloquendi oportunitate seiunxit/nuncijs et ora toribus vicissim adire/illosq; mutua visitatiōe/qua si pręsētes cernere atq; amplecti: nō est passus Sublimitatem tuā esse diutius sine nuncio sedis aplice. Et q̄uis tot summi ac grauissimi viri versent̃ in obse quio sanctitatis suæ/me tamen potissimū delegit. Nō quod ingenio aut dignitate sim cū illis cōferen dus. Sed quod me præter cæteros nouerat tui nois obseruantissimū. Obuenit itaq; mihi nihil tale opi nāti quod totiens ab immortali deo fueram deprę catus/vt amplectēdi tuos pedes & augustissimam istā faciē venerādi/iterū ac sæpius occasio mihi con tingeret. Suscepi/fateor/id oneris libentissime/nimiaq; cū voluptate iter arripui/nō minus tui ītuēdi adorādiq; desiderio q̄ studio parēdi Sāctissimo Pō tifici. Quiquidē vt decet dñici gregis pastorē et pa trem pientissimū: Serenitatē tuā imprimis benigne salutat/Tibiq; ac Illustrissimo huic Principi/et florentissimo tuo Regno/diuina auctoritate cumulatissime/benedicit.

Qui etiam licet cunctis Christianis Regibus ęque paternam dilectionem exhibeat/more tamen prudentis genitoris/ qui dum natorum ingenia ex indole coniectat/ quo maiorem ex vno spem susceperit/maiore quoq; in illum pietate accenditur/Sic Consultissimus Pontifex / concæpta de Maiestate tua iampridem ingenti opinione ac spe: peculiari quadam ac vberiore charitate: eam prosequatur necesse est. Quem enim nostrorũ principum/de apostolica sede/ deq; christiana republica benemereri adeo studuisse cognouit: queadmodum perpetuo studuit Regia tua Celsitudo? Siquidem/vt taceam quod ab ipsis incunabulis/Sanctam sedem/Pontifices maximos sẽper sis ægregie veneratus/quodq; ad religionis tutelam/ multa et clara facinora edideris: hoc tamen nouissimum tuæ diuinæ mentis testimonium/omnes deuotionis species superauit atq; transcendit: quum superiore anno Legationibus ac litteris/ tam pium/ tam iucundum/dedisti Pontifici nuncium/ te promptum / te paratum/ te armatum/ cum instructa Classe/& exercitu Regni tui/opibus comparato/inuadere infidelium perfidiam/ hostes christi deprimere/ et catholicã fidem pro viribus propagare. O religiosam voluntatem. O insignem / atq; optimam / in deum mentem.

Non corporis saluti respicit/tua Serenitas/nō filij Generosissimi tenetur adolescētia/nō facultatibus parcendum sibi proponit. Non arduum non graue existimas Regū fortissime linquere ꝓprios lares & penates ac opulētissimū regnū/plenūq; delitiarū. Non maris iniurias metuis/non casus/nō ꝓcellas. Aggredi nō trepidas aliena littora et barbaras nationes ferro experiri: dum dei amore ferues et zelo diuini cultus gestis/cadēti religioni manū/dorsūq; apponere/atq; a noie christiano auertere diuturnū obprobriū/et ad immortalitatē amplū tibi iter aperire. Sanctū quippe institutum et regio dignū fastigio/et eius precipue regis/cui Britannię Anglię ue diuinitus est demandatū imperiū. Ex hoc nāq; tuo regno Rex sacratissime nihil christianę fidei potuit vnq̄ euenire cōtrariū aut ꝑnitiosum/et vt verius dicam quod nō fuerit salutare. Si enim ipsa nostrę religionis primordia perquiramus/nulla pręter Angliam se offeret ꝓuincia/nulla regio/quæ orienti catholicæ veritati infensa nō extiterit. Quæ cōfitētes nomen dñi non sit perperam insectata. Quę deniq; multo martyrū sanguine non se npharie polluerit atq; fedauerit. Persidem multa christianorū milia tradūt sub Sapore rege iugulasse. Tot milia sanctorum virorū occidit Egyptus/tot Asia/tot Capadocia/vt oino nequeant numerari. In Affrica vno die vt reliquos obmittā/Sexmiliū nōgētorū sacerdotū

capita cæsa sunt/ absq; cæterorum fidelium turba/ gladio percussa. Quis repetere posset/ sanctorum legiones/quas Gallia/quas Hyspania/Germania/ Italiaq;/sęuissime trucidarunt? Sed quid plura? nōne/cōtra dei nomen oim ꝓuinciarum iniurias Roma est supergressa? In cuius sinu ac gremio ex ijs quorū gesta habētur/plusq̄ tricenta cōfitētiū milia cōstat fuisse interempta. At sola Anglia in toto terrarum orbe a fidei ꝑsecutione abstinuit/Et in Sanctorū ceruices nō solū non est debaccata/sed nec eā quidem sanguine cōspersam cōperimus. Cantuariensem enim vestrū/nec eadem tēpora/nec eædem rationes coronarūt. Ex qua profecto obseruatione cōtinentiæ/plurimū omnino gloriæ/Britannia est adepta/Sed pręclarius quoq; ornamētū eā adauxit atq; illustrauit. Siquidē magnū fuerat Christianæ veritati nō aduersari/ verū illud maximū/fidē christi passim ītroducere/cōprobare & extollere. Nam cum priores illi Cęsares/cunctis conatibus ꝓstrare Christianū nomen eniterētur/Singuli ferme singulas in ecclęsiam dei persecutiones crudeliter agebāt Decies eni proposito ędicto/pari impietate in eam sæuitū cōstat. Cuius sceleris pricipem & auctorem Neronem efferatissimū secuti/Domitianus/Traianus/Antonius/Seuerus/Maximinus/Decius/Valerianus/Aurelianus/et nouissimus omniū Diocletianus/nascenti fidei exitiū cruēta animaduersione

intenderunt. Quorũ perfidia/per oẽm romani Imperij latitudinẽ fusus est sanctorũ sanguis innocentissimus Succensæ ecclesię/Cędibus martyrum/incessanter cũcta cõpleta et inexcogitabilis nostrorũ multitudo/exquisitissimis tormẽtis affecta. Hi gladio feriebãtur/illi laniatu canũ/Hi affigebãtur crucibus/illi flammabãtur/ita vt vbi defecisset dies in vsum nocturnũ luminis vrerẽtur. Perdurasset forsitan et diutius exitiabilis illa calamitas/nisi celesti prouidentia/tandem ex Anglia Christiani populi Salus et pax prodijsset. Tua nãqꝫ Britãnia Rex Clemẽtissime/letalibus vulneribus/salubre remedium apposuit/dũ Maximũ Constantinũ dedit in lucem gẽtium/vt esset salus fidei vsqꝫ ad extremum terræ. Anglicus itaqꝫ vir diuinitus Christi caractere insignitus vicem vertit edicto: Iustissimãqꝫ illã/publice protulit vocẽ/qua Christiano orbi deinde quies reddita est. Placuit inquit in omnibus locis atqꝫ vrbibus vniuersis claudi protinus templa/ et accessu vetito/omnibus licentiã delinquendi penitus abnegari. Volumus ẽt cũctos sacrificijs abstiere. Quod si quid forte huiusmodi perpetrauerint / gladio vltore sternantur. Puniriqꝫ rectores prouinciarum si facinora vidicare neglexerint. Cõtraria igitur sanctione/prioribus meta posita est/ne lõgius grassaref impietas/fũditusqꝫ extĩcta idolorũ superstitio:

et quæ in Christianos immaniter prius agebãt Imperatores: imperatorio quoqꝫ iussu/ in agentiũ capita/ iusto ordine sunt conuersa. Quod secũ repetentes oẽs ab eo reges/ maiores tui/ eodẽ quo Cõstantinus itinere incessere. Extant eni auorũ atauorũqꝫ tuorũ in nostrã fidem ęterna monimẽta/ per singulas ætates cõtinuata. Nõ ergo mirũ est/ si tua Serenitas ducta suorũ exẽplo/ flagrat desiderio/ apprehendendi arma et scutum / et exurgere in adiutorium Christi.

Pro quibusquidem pijs cogitatibus/ vndiqꝫ maiestati tuę habentur gratiæ: Hancqꝫ religiosam tuam intentionem: qua nihil augustius aut Sanctius esse potest/ Iulius optimus ac Pijssimus pastor et aio alacri cõplectitur/ et approbat mirifice/ Tibiqꝫ vice Iesu Christi Saluatoris nostri/ dicere properat Tu es gloria mea/ tu es qui restitues hereditatem meã mihi. Et ea propter Prouidẽtissimus Pontifex qui semper cogitatiões suas oẽs ad id vnũ cõuertit: vt labenti imperio Christiano comuni manu ꝓspiciatur/ nõ destitit querere omni studio regũ cõcordiam ac societatẽ/ Et toto cordis affectu/ per legatos et nũcios hortari Principes/ suadere/ rogareqꝫ/ vt firmata/ deo teste/ fida ac perpetua inuicẽ pace/ velint tãdem fessis rebus subuenire/ coeãtqꝫ in vnã sententiã/ qua cõstet/ publicũ decus/ nostræ quoqꝫ ętati/ curæ fuisse/ Simulqꝫ ad fructũ veri honoris &

gloriæ excitētur/& tuo exēplo ad opem in cōmune ferendā eatenus incendantur/vt res christianę/tot cladibus et ęrūnis labefactatę/e maximo squallore ad pristinū ius/et dignitatem redigātur. Et eousq̧ præclarę huius expeditionis spē ꝓduxit Magnanimus Antistes/vt quāuis paululū inualidus/nō tamen alieno auspicio/Sed proprio ductu/vna tecū/alio quouis ex primoribus christianis regibus accedēte/Sacrosanctū negociū sit suscepturus. Diuinæ pręterea benignitati gratiam putat referēdam/quod ad tam iusta/tāq̧ necessaria hæc arma sumenda/prompta quidem in presens ac læta sint omnia. Infertur bellum hostibus immortalis dei/nō inuio itinere/ non importuoso mari/non contra feroces reges/fortesue populos: Sed quos pluries/christiana contriuerit/ domueritq̧ virtus. Ad hec: non ex mora tędium/non ex properantia instat periculū/non ex morte terror/quando cui eam ob rem obtigerit occumbere/certa sit in cælo atq̧ æterna definita sedes. Patet ergo via/monstrantur aditus/hoc præsertim tēpore/quo Turcorū regem/ęgrū et pęne perditū referūt. Diuisamq̧ plurifariā successorū expectationē/eamq̧ præssam ac territā non superuacuo timore. Hinc nostrę vires iminēt/Illic formido Ismailis Perse/Turcorū hostis acerrimi/Quē nostrates Sophi appellant. Habēda nunc est ratio verę religionis/augenda dignitas ac maiestas nois

quando ad tantum decus adest non inconsulta facilitas.

Aggressi sunt id operis/pleriq₃ Romani Pontifices: Vrbanus enim secūdus/ita nostros ad recuperandam Hierosolymam incitauit/ vt plusq̄ trecēta hominum milia / christi militiam accepisse asserāt. Quorum eximia virtute ea ciuitas et rẹgnū in christianorum potestatem redactum/ad annos octo & octuaginta retētum est. Fuit et Eugenio tertio par voluntas/quo benemonēte Ludouicus Francorum Rex/cōtractis vndiq₃ copij s/bellū in turcos transegit. Suscepere deide arma fideles/hortatu Clemētis tertij/Quorum de numero/vel in primis fuit Richardus Angliẹ Rex: Cui ab animi magnitudine/ Cor leonis cognomen est inditū Adiecit quoq₃ animum ad hoc opus Innocētius tertius/Cuius auctoritas/ christianos duces ad Asiaticum bellū animauit atq₃ ꝑduxit: Quo immature absumpto/Honorius tercius ad ipsum institutum prosecuturus/ collecto exercitu/legatum in Asiam misit/ ad rem gerendam. Maioribus etiam viribus/ rem inchoauit Gregorius nonus/ Licet ob ignauos ducū animos breui resederit. Nec destitit Innocentius quartus suadere/ vt ꝑ fide milicia sūmeretur/rēq₃ aliquādiu prospere gessit/Subnixus frācorū fortitudini/Qui postq̄ ancipiti fortuna/sexto iā anno pugnauerāt/ infecto negocio Galliā repetiere. Parauerat nouis=

sime Pius secundus aduersus Barbaros classem instructissimam: bellumq; per se gerere instituerat: breui omnino soluturus/ ni importunæ occubuisset.

Seruabatur profecto a summo deo felicis huius victoriæ sacra Palma et ingens gloria Iulio secūdo Pontifici sanctissimo ad omnia magnimitatis munera genito Et tibi Henrice Regū felicissime. Iūcta enim vtriusq; vestrum studia ac pontificia simul et regia vexilla in deo facient virtutem/ et ad nihilum deducent eos qui non proposuerūt deum ante conspectum suum. Ad hanc igitur sanctam/ pro catholica fide propugnationem audacter aggrediēdam/ Pastor vigilātissimus in primis nomen profitetur suum/ Cui quantum ad se attinet/ sicut nō deest ad incipiēdum animus / ita nec ad exequendum vires defuturas arbitratur. Et ne credas eum iter moras versari/ iamiam ad omnia quæ ad rem faciunt totū se colligit. Paratur eni fabricari eius iussu/ magna uis/ validissimarū triremium: Licet plures iam nūc confectæ habeantur: Pro reliquis/ cæsæ/ mense Ianuario siluæ/ cęptaq; coaptari materies: moxq; construentur apud Centumcellas/ oramq; maritimam ditionis ecclesiasticæ: eo robustius compositæ/ quo et Sacrosancti pōtificis/ et ceterorum patrum vita/ tuto permitti possit. Si quæ etiam præter has/ necessariæ videbuntur/ facile vndiq; conquirentur.

Onerarias prӕterea naues cōplurimas contrahere est animus: Verū tres prӕualidas ex integro fabrefacere: Quӕ possint et nostris subsidiū: et aduersus hostem terrorē ingerere. Queq; trāsmeātibus terra mariq; ducibus ac exercitibus/ simulq; in cōmeatu vehendo et omnifariam annona oportunӕ sint et accomodӕ. Harum vnā extruēdi in hoc tuo florēti regno negociū mihi iniūctum est: fiducia peritissimorum artificum. Duę reliquę in lusitania/ vna in liguria/ altera perficientur. Quibus in locis vigere huiusmodi ministeria fama est.

Constituto itaq; belli apparatu/ ac communi classe instructa: consilium est Pontifici non vagari per littora/ non minora oppida obsidere. Sed celebres ciuitates ac prouinciarum capita et metropoles expugnare. Quo eueniet vt facilius regiones libertati christianӕ reddātur/ Et propulsata inde vi atq; iniuria qua per tot annos oppressę extiterunt/ Sacra Sacerdotia/ ritusq; nostros/ quibus antea vtebantur vltro recipient: parta vtriq; vestrū ex illustri victoria/ gloria perężterna. Et post acquisitos de populis regnisq; integris pulcherrimos triūphos/ apparebūt immortaliter vestra hӕc recētia in rempublicā merita non vsitatis titulis honoranda. Et omnis christiana dignitas/ posterorū vita/ salus/ arӕ/ tēpla/ fortunę/ domicilia vestro nomini se deuincta perpetuo profitebūtur. Hec igitur qualia sūt vidēs

clemētissimus pater Maiestatem tuam enixius hortatur/vt in ea mēte persistat et perseueret: et quam spem christianus porrexit eam/quātis maximis potest/viribus/impēdio/laboribus velit exhibere/ adidq; se accingat atq; cōponat quousq; dn̄s de cælo prospiciat super filios hominum et videat si est intelligens aut requirēs deū/ et vtrum oēs declinauerint simul et inutiles facti sint.

Ipse vero vt est confirmate mentis/et æquus virium suarū æstimator/quasi e statera perpendens/cui rei manū apponat/ne incassum cōferat operam in irritum ue iactet actiones/Consilia interim vertet ad res suas bene constituendas conseruandasq; dignitatē Sācte Romanæ ecclesiæ: Quæ nescio quo fato hactenus adeo lacessita extitit/ vt vix omnino recreari posse videret: Diuina tamen iustissimi Pōtificis virtute miraq; prudētia/res ecclesiastica quā non solū præcipitātem excepit/ sed afflictā et pene iacētem/mox excitari et erigi atq; ad priorem imaginem referri/in prōptu est. Proponit enim fauēte deo/simul comuni benesentiētiū auxilio/ cōmissas oues a ferarū rapacitate eximere: Et ne lesū uis/non emendata licentia/ ad consumata vsq; deriuet iniuriam. Est enim medici circumspecti/ vt vbi morbo qui extrinsecus intumescit mederi studet/intestino etiam occurrere languori.

Prosequitur et interea studiū vrbis exornande:

tẽplorũ et publicorũ operũ extruẽdorũ impẽsius su sceptũ: Cui tã indefesse incũbit vt plura ipse vix exacto quiquẽnio salutaris põtificatus/quã supiores põtifices integro quasi sęculo confecerit. Diuinãq; Petri basilicã sumptu inexcogitabili ad veteris magnificentię dignitatem institues eo ptulit ęgregiũ opus: vt ãplissima tribunalia/Excitatęq; ingẽtes pilę ad substinendã incõpabilis altitudinis testudinẽ marmoreę bascs/Epistilia/coronę tantũ pulchritudinis afferãt: vt nulla species vspiam cogitari possit ornatior/ et qui ingrediunt stupefacti exhorrescũt opis admiratiõe Nec minus spectatę absolutęq; est pręstãtiæ/atriũ ambulatoriaq; porticus: Quę quadrato lapide/ triplici structiliũ colũnarũ ordine ab ædibus vaticanis/ad collem ex obiecto Innocentia nũcq; viridariũ protenditur : cõmoditati põtificum excogitata. Nec referam nouam intra vrbem viam quæ ab Hadriani ad Sixti põtem dirigitur ad libellam. Nec forum/et in eo maximas ædes/ea ratione inceptas/ vt omnes vrbis magistratus vno in loco contineantur/curię vniuersę futuras percõmodas. Hęc et alia plura atq; ęgregia/Romę: Ast bononię arcem inexpugnabilem/propeq; eam militum stationes expeditissime absolutas. Quibus pręclara ciuitas Tirãnidi prius obnoxia/in officio retineatur Prætereo arcẽ apud Hostiã/et ea quæ nũc aponit Centũcellis/Romanę vrbis et curiæ quocũq; euẽtu

tutissimū prȩsidiū/ædificia profecto sicut admodū necessaria/ita etiā tantarū impensarum/ vt mirū sit vnde adinchoatam insignem magnificētiam/ satis ei opum suppetere possit.

Afferrem et alia multa tam ad publicæ disciplinę emendationē quā ad religionis cultū/ instaurationē/incrementūq̧ pertinentia/In quibus animo & opere versat̃ Presul Amplissimus: Nisi intelligerem me incōsulte longius euagasse/quā regię aures benignissimę exposcere viderētur. Quare perstringēda mihi est or̄o & obmittēda cętera quę cōcępera̅ Fuisset eni̅ mei ıstituti explicare quā ꝓbet/quā existimet/Pr̄ optimus splēdissimas tuas diuinasq̧ virtutes. Quę cū passim et quasi certatim ab oi̅bus prędicēt̃/tū a me prȩcipue/fideli testimōio/ante ipius oculos velut i apta tabula/pictorū more descriptæ appositęq̧ sūt. Pertrāsco igr̄ quā admiret̃ singularē maiestatis tuę sapiam/prudētiā cōsumatissimā/cōsiliorū maturitatē/ quodq̧ populorū & subditorū salutis ocij & quietis rōnem oēm tā vigili cura susceperit: Quā etiam commēdet rectitudinem tuā atq̧ iusticiam/ quod tot iam annos hæc regna/summa æquitate modereris:quod publica iura iteruerti nō permittas: quod bonis indulgeas improbos seuera correptione cohibeas. Quā extollat cęlestem tuam māsuetudinem/humanitatem facilitatemq̧/quod oim̃ desideria: tā benigne audias/votaq̧ perficias.

C.ij.

Quam celebret inuicti animi tui magnitudinē/clementiā/constantiā/tēperantiā/aliaq; rarissima tuę Maiestatis ornamenta/quibus adeo cæteros etiam priscos reges antecellis/ vt plura tibi vni diuina bonitas/quā vlli vnquā homini/ vt de Augusto scribitur/cōcessisse videatur. Prætermittam etiā quantū sibi cōplaceat in expectatione/ huius tuæ maiestatis filij Wallię Principis/Quem genus/ętas/forma rei militaris Peritia/ virtus/fortuna/ dignū reddūt imperio/In quo etiā pr̄is sui cōtinentia/ fortitudo/ et morum grauitas/oim̄q; maiorum suorū/regū dignissimorum claritudo sese nostris oculis represen tant. Primamq; intra iuuentā iam supgressus seniorum moderatione/ nescio quid maḡnū et eximium repromittit. Gratulatur igitur Beatissimus pōtifex ætatis nostre fælicitati/gratulatur Britannię/hisq; regnis ac prouincijs/ quod te regem nunc sortiantur/talemq; sint deinceps habituræ quem desiderare quidem cuncti possent/inuenire vero non nisi rerum oim̄ sator potuisset:a quo pricipes generis humani gubernaculis apponuntur.

Vnum tamen postremo nō obmittā Humanissime Rex quod tibi maxime ꝑsuasum esse cupit Sūmus atq; optimus nostræ religionis parens/ita augeri quotidie eius erga te amor et beniuolētia. quēadmodū tua quoq; Maiestas auget indies obseruātiæ studiū/Creuitq; adeo ardētissimus nite sue pie=

tatis affectus/quem nō fortuna/ſed charitas conci
liat/vt vnus in ſanctiſſimo ipſius ore verſeris/vnus
ei charus ſis/poteſtate quidē ac regio inſigne cha=
rior celebri conſpicuaqȝ virtute/Chariſſimus trãſ
actis meritis: nec minus expectatione nouorum.
Sperat enim ex te/ſalutem ex inimicis noſtris/et de
manu oīm qui oderunt nos. Ea igitur propter nihil
Sāctitati ſuę gratius/nihil poteſt euenire iucūdius
quā iuſtis tuis deſiderijs obſequi et morem gerere/
Ac dignitatem amplitudinēqȝ tuam/et apoſtolicis
gratijs ornare & auctoritate fouere. Quidquid igi
tur pollet/quidquid cū dei honore poteſt/tibi poſ=
ſe vult/Et deniqȝ vniuerſa quæ ſua ſunt Sublimita=
ti tuæ offert promptiſſime ac magno et liberali aīo
pollicetur: faciat Serenitas tua/ vtcūqȝ libuerit peri
culum/reperiet eum ꝓmiſſo reſpondere charitate/
maxima ac fide conſtantiſſima.

Illud extremū eſt/quod Maieſtati tuæ & regiæ
huic proli Illuſtriſſimæ/a ſūmo deo vitā diuturnita
temqȝ precatur/Et vt tribuat tibi ſecūdum cor tuū/
et omne conſiliū tuum confirmet/ vtqȝ impleat dn̄s
omnes petitiones tuas/ et det poſſeſſionem tuā ter
minos terræ. Demumqȝ in cælitū patria æuo ęter=
no ac fęlicitate fruaris. Cætera ex mēte Sanctitatis
ſue exponēda/Rex benigniſſime/quādo Serenitati
tuæ ita placuerit/ habebunt ſui muneris Peculiare
Secretum.




Richard·pynson

